

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VI. Genus continet species, at species continentur, non continent genera

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA VI.

Genus continet species, at species continentur, non continent genera, Porphyrius Iagog. cap. VIII. §. 4.

I. Atqui, inquis, potius species continet genus, & non genus species. Nam homo secundum essentiā suam continet in se animal tanquam genus, & rationale tanquam differentiam: at animal in se non continet hominem. Si enim animal in se contineret hominem seu naturam hominis, omne id, quod animal esset, homo esset.

II. Ex. Dupliciter potest dici, aliquid continere aliqua, *actu* & *potentia*. Species continet genus & differentiam in se *actu*, quia ex illis componitur, & in conceptu speciei essentiali includitur conceptus generis & differentiarum. Hoc autem modo genus non continet species suas: nam ex specie genus non componitur, nec in conceptu essentiali generis conceptus speciei continetur: sicut manifestum est de definitione animalis, in qua nulla sit mentio hominis: Et hoc vult argumentum *s. preced.* At potentiam, & ut Durandus loquitur, *quoad ambitum continentia predicabilis* genus continet omnes suas species: nempe omnes species & differentiarum divisiarum generis continentur potentiam in genete, sicut

SS 5 omnes

omnes formæ continentur potentia in materiâ primâ: quam ob causam & genus materiæ assimilatur, sicut paulò post videbimus. Quoad prædicationem etiam ambitu suo genus omnes species continet, quia de omnibus potest prædicari, & quidem directè. At hōc modō species non continet genus, partim, quia actu potius id continet, partim, quia non de omnibus prædicari potest, de quibus genus prædicatur.

REGULA VII.

*Genus est quid accidentiarum species
IV. Top. cap. I.*

I. Prædicatur enim genus de specie in quid. Quicquid autem de aliquo in quid prædicatur, id de essentiâ ejus est, & per consequens non potest esse accidentarium.

II. Colligimus hinc, comprehensionem præceptorum, vel artem sumtam pro comprehensione præceptorum, non esse genus artium. ut artis medendi, ædificandi, &c. contra Ramistas: quia comprehensiones præceptorum est quid accidentale artibus, quod quidem ita probamus:

Quicquid est de essentia rei, eo negato, non potest res dari.

At negata præceptorum comprehensione, potest dari qualibet ars,

E. præ-

*E. pr
tia*

Minor
prehens
dari ab
Conseq
Antece
& form
rectus,
nec tan
præcep
eorum
cum ea
sunt, qu
tem ad
actu fo
endum
sitione
concipi

Ge

*I. C
XII. t.
tur ge
materi
in Isag
II. C*